

Fortioris mirro modo fortissimo super omnia, uim **miraculi** delictet ut Deus fieret homo, & e conuerso **fuit Deus** quod quidem fortioris miraculi est, q̄ totius mundi creatio; eo q̄ Deus plus distat fieri **hominem**, q̄ a creatura quacq; a nihilo, ergo debuit au **totius mundi** nunciare Gabriel. i. fortitudo Dei. Tertio **di creatio.** rōne fortissime dilectionis, vt l' ostendat, q̄ tā forti dilectione charitatis Deus uoluit sibi vnire humanā naturam in uirginis utero, ut nunq̄ in perpetuum etiā per mortem p̄flet vnio ista dissolui &c. Ideo debuit mitti Gabriel, id est fortitudo Dei. Ecce ergo patet in hoc Dei charitas.

S. 6. SED de quo ordine angelorum fuerit Gabriel nūcius incarnationis: Ad Thoma. di. 3. ar. 3. q. 2. dicit, q̄ fuit de ordine archangelorum, & q̄ fuit summus in ordine illo: Deniq; idem Tho. dicit, q̄ si queratur. Vtrum fuit angelus summus simpliciter? Respondendum est q̄ non simpliciter, quia nec fuit de summa hierarchia, nec de media, sed de infima hierarchia in medio eius, ordine. scilicet archangelico, potest tamen dici summus, ut idem Thom. dicit. Tum quia in ordine illo archangelorum fuit summus. Tum quia summa. s. mysteria incarnationis, quibus maius esse non potest annunciauit, & sic dicitur summus, s. in quid intelligendo. Ad hunc eius sensum accipienda sunt dicta doctorum, scilicet Gregoi. Bernar. & aliorum distinct. Gabrielem esse maximum.

Quare aut de ordine archangelorum, & non de superioribus debuit esse nūcius incarnationis? Idem Th. & Alb. supra dāt rationes. Tum quia sic seruatur ordo, que statuit Deus, vt summi spiritus mediantribus angelis infimæ hierarchia illuminarent inferiora. i. hoies eis reuelādo mysteria celestia. Tum quia sic tantū mysterium. s. incarnationis pp̄ honorem beate uirginis per archangelū angelis, & etiam inter archangelos supremū annūciatum est, & nō per cōes angelos infirmos. Cū quia sic charitas Dei magis cōicari oibus ostenditur, cum inferioris angeli habeat a medijs, & medijs a superioribus, & non e conuerso ea, quæ annūciant, & maxime ea, quæ habet annunciare archangeli ad quos pertinet proprie dirigere actus humanos, qui in totam multitudinem re-

Aur. Ros. Tho. 3.

dendant, sicut fuit opus diuinæ incarnationis redundans in salutem totius generis humani &c. Et hæc uia, scilicet quod Gabriel fuerit archāgelus, ut iam dictum est, communis tenetur ab ecclesia popularium. Nec valet obiectio dicentium, q̄ ex hoc sequeretur Gabrielem esse maiorem Michaelē, cum etiam Michael dicitur archangelus, & tamen ubique terrarū in letania Michael præponitur Gabrieli &c. quia hoc ideo est, q̄ Michael est princeps ecclesiæ, & quia multis priuilegijs præferitur, ut patitur lib. 2. § 128. de angelis. Item secundum alios Michael uidetur esse ordine principatum, & inter eos summus, ergo bene præponitur tanquam summus inter omnes angelos, qui extra mittuntur. Vnde ecclesia tantū eum esse principem angelorum, & præpositum paradisi, quem honorificat angelorum ciues &c. Et nota, q̄ licet prædicta communiter teneantur, sed tamen doct. Scotum. sequen. præfertur Guil. lib. 2. di. 9. dicitur aliter, scilicet q̄ est probabilis per rationem, q̄ Gabriel angelus annunciator incarnationis Christi fuit de summo ordine. s. seraphico, cum sciuerit hoc Christi mysterium præ alijs, & de hoc latius habetur li. 2. Angeli. § 139. Quæcunque harum opinionum teneatur, patet Dei charitas, sed magis claret secundum opinionem Scottitarum, cum dicat de summo angelorum ordine missum fore pro annunciatione tam alti mysterij, tam alta charitate Dei. Nec mirum, q̄ cum ipsemet Deus altissimus ex charitate immensa descendit ad nos, ergo angelum superiorē miserit.

Quod charitas Dei claret mittendo solum Gabrielem, non plures angelos, ad annūciandum.

C V R Deus benedictus noluit plures angelos mittere ad annūciandum uirginis Mariæ ob reuerentiam eius, & tantū mysterij, sed tantum unicum solum scilicet Gabrielem: Ad hoc impurus **Mann-** humerus in suo Alchorano uidetur dicere, quod plures sint misi, sed error **si.** est contra euangelium. Respondetur ergo secundum Alb. super Mistus est. ca. 17. alios quoque, q̄ non congruebat mitti plures, sed unum.

F Primo

Scotum.

Error
Mann-